

h. 118, 46.

4 (X 7785343)

Yc  
2515

LAUS  
URBIS CLARÆ  
QVÆ  
KØENIGSBERGA

VOCATUR,  
AGRO IN FRANCONICO  
SITA:  
NEC NON

GRATIA PROMPTA  
PRÆCEPTORIBUS ET FAUTORIBUS  
ATQVE  
PATRONIS;

SUPREMUMQVE VALE  
CHARÆ

PATRIÆQVE SCHOLÆQVE

FACTUM, PACTUM,  
FICTUM, DICTUM,

CARMINE VILI

*festô pasChali, paX Vt sperata redibat;  
A Vtore, hls signis qvY sese nominat*

1698

I. ST. VV. V. F.

SVINFURTI,  
EXCUDEBAT JOHANN. CHRISTOPHORUS  
DRECHSLERUS.







IN NOMINE REDEMPTORIS  
JESU!

## EXORDIUM.



*Vanvis ceu genitrix Tellus, ceu mater & altrix  
Monstrorum facies animantū uberrima fædas  
Gignit, nutrit, alit gremioq; sinuq; per amplo;  
Attamen ingrato vix fœdius illa cucullo  
Monstrum producet, cui prorsus munera capta  
Non est relligio grato malè perdere rostro.*

*O procul, ô procul à nostris his exsulet oris!  
Ast ego ne ingratus quoq;ve dicar, ut ille cucullus;  
Semper sint memores mentes & gratia magna  
In me pro tantis benefactis omne per ævum:  
Si verò fuerit, grates cui jure sonarem;  
Tu fueris patriis Urbs florentissima terris,  
Quæ meruisti olim, quòd nunc Mons Regius audis.  
Salve læta mihi, cultissima Patria salve!  
Nam Tua nostrates gignebat terra parentes:*

A 2

Nam

*Nam fueras nostra Tu prima magistra juventa:  
 Ordia Tu studiis tribuisti sedula nostris;  
 Hactenus & nostras nutristi ceu hospita Musas;  
 Ac benefactorum madasti dotibus amplis,  
 Unguiculis teneris, à primo & limine vitæ;  
 Isthæc dum gratâ devotus mente revolveo,  
 Altius & mecum tot tantâque dona recordor;  
 Ordior hinc merita meritò præconia laudis.  
 Nam pietatis opus, nam grati pectoris ardor  
 Huc adigunt memet; quoniam sub pectore fixum  
 Immortale sedet meritum, quo me Tibi servas  
 Devinctum, studii cursu gravioris omisso.  
 Talia dum meditor Latiis exponere chartis,  
 Audacis celebrare pio conamine versus;  
 Optarem, intactis haustam de fontibus undam  
 Porrigeret Pimplæa mihi mersâ altius urnâ,  
 Ac placidus toto rideret Cynthius astro;  
 Verùm Cirrha vale, tu Castalis amnis & absis!  
 Quippe alio auxilio nobis, aliogq; favore  
 Est opus, ac alias sitientes quærimus undas.  
 Christe veni! castis nam Tu tutela Poëtis:  
 Tu vatum mentes divino Numine reple:  
 Ipsarumq; moves ad dulcia carmina linguas:  
 Atq; mihi letos numerosq; modosq; ministra!  
 Ne me deficient nervi, ne ductile plectrum;  
 Nam sine TE digiti, sine TE non plectra moventur.*

Invoca-  
tio.

Au-

*Auspiciis avidis animis ardentibus adsis.  
 Et faveas cœptis & nostros dirige cursus!  
 Donec ad optatum veniet mea cymbula portum.  
 Vos vero Famæ florentes semper in horto,  
 Et Vos, quos niveis alis pia fama per orbem  
 Differit, & multâ virtutis laude celebrat:  
 Quos Sion, Numenq; Dices, & Hygeia ministros  
 Ac Sophie gremio fovet & complectitur almô,  
 Patroni magni, Præceptoresq; verendi,  
 Optima qui solida tanquam structura juventa;  
 Gloria sed quorum sublimibus evolat alis:  
 Vosq; Scholæ patriæ quibus est non gloria parva  
 Cordi, submisso veneror quos pectore & ore;  
 Subtrahitote parum mentes à mole laborum!  
 Aspirate leves velis abeuntibus auras!  
 Et patulas aures indulgetote canenti!  
 Et quamvis nequeunt jam splendida carmina pangi:  
 Nec semper viridi violæ carpuntur in horto;  
 Sed quoque nonnunquam zizania dextera carpet.  
 Vos quibus arguto vero Dea Dædala Pallas  
 Pollice format adhuc pectus, totumq;ve subinde  
 Nititur ornatu doctrinæ fingere pulchro;  
 Auribus aucupium vacuis huc ferte petitum:  
 Captetis versus quo sic modulamina vobis,  
 Vestraq;ve nec nostrum perturbent famina cœptum.  
 Accipite & linguis omnes animisq; favete.*

Atten-  
 tionis  
 Petitio.

Tracta-  
tio.

Prædictum satis est, & Vos attenditis æquis  
Auribus, ut video. Nunc quod DEUS adjuvet ipsum  
( Ne teneam cupidas longis ambagibus aures )

Aggrediemur opus, quodam moderamine, versûs:  
Dum tamen hic dubito, quæ prima exordia sumam;  
( Magnarum confundit enim me copia laudum! )

Nostræque cum passim circum vertoque, feroque  
Lumina per sylvas, per prata, per arva, per undas,  
Per plateas, per tecta, domos, per ubique, per urbem:  
Ecce! novus rerum jam nunc mihi nascitur ordo.  
Ergo Thalia lyrâ modulantia carmina canta!

Condi-  
tor, five  
Ortus.

Forsan aberro minus, breviter si profero primùm  
Antiquos ortus, & quis pater Urbis & autor:

Quod rupit nostros annales temporis ira,  
Ataque, quæ priscis annalibus eruta, vertit:

Possimus haut Urbis nos explorare parentem,  
Nec possunt natis longævi dicere patres;

Ut sciat & veniens annis volventibus ætas,  
Tempore quo fuerat Nostræ genitalis origo.

Attamen, incerti non rarò nuntia, Fama  
Implevit nostras hismet sermonibus aures:

Quod, postquam primas intrâisset in ætheris oras,  
Marmoreis surrexissent haud molibus ædes;

( Nam non argillâ pudor obstruxisse penates )  
Sed villæ & pagi paganica tecta fuissent:

Factò sic certis Englhofen nomine causis.

Porro

Porro Fama meas sic dicens occupat aures:  
 Francia quod Regina fatam molita sit Urbem:  
 Mœnia sint etiam positoris habentia nomen;  
 Scilicet aut Kiensberg, Künsberg, aut nomine Künspurg.  
 Tandem Fama loqvax his verbis ora resolvit:  
 Quod quondam ducat cognomina patria Rege:  
 Regifico sumptu sit Rege exstructa quod olim:  
 Aut fiet eterno constructa hæc Regis honori.  
 Ast mea mens dubio nunc huc, nunc fluctuat illuc;  
 Ergo quæ surgit mihi nunc sententia, pandam:  
 Quamvis ( ex ima quod pectoris æde dolendum,  
 Vel carpenda nimis proavorum incuria ) sevi  
 Mulciberisve furor, rabies vesana Gradivi,  
 Tempus edax rerum, sive invidiosa vetustas,  
 [Omnia quæ perdunt, vitiataque dentibus ævi,  
 Paulatim lentâ consumunt omnia morte ]  
 Nobis sustulerint signantes tempora fastos,  
 Annales privos prisca memorataque seculi,  
 Natalis lateat vel tempora prima Penatum,  
 Ipse ac ignotus pater Urbis nocte prematur:  
 Nil tamen hoc laudi nostratis derogat Urbis,  
 Quin potius magis atque magis deprædicat illam,  
 Dum sat sit meruisse olim cognomina Regum;  
 Regum nec vanè pulchro se nomine jactat.  
 Dextra sed artificis non fugit dura laborem;  
 Mœnia sed struxit, nostro nunc tempore, tali

Sint

Sint cordis pulchrâ non informiqve figura:  
 Magi- Saxonica ut viguit longo sub germine Rutæ (gaudet,  
 stratus. Tempore, nunc iterum; Nam ERNESTI germine  
 Hildperhusa Lares Cujus tenet atq; Penates.  
 Sed quem TE memorem? quôve in Te carmine fungar,  
 Erneste, Ernesti Nate Illustrissime Magni;  
 Heros, quem passim celebrant præconia Fame.  
 Sceptra tenens patriæ Princeps Celsissime terræ!  
 Qui nos tutaris tuto tutamine tutos?  
 TU columnen firmum stas Religionis avitæ,  
 Quæ jam nunc nostris purissima floret in oris,  
 Quam probitas & sancta fides comitantur, amantqve,  
 Et concors pietas jus omnibus æqua ministrans.  
 Inde tribunal habes illic quod templa gubernat.  
 Et pia sacrorum jura inviolata tuetur.  
 Tu quoque justitiâ fulges bonitatis amore;  
 Inde salutare Leges Edictaqve manant,  
 Inde foves Themidos soboles, qui jura ministrent,  
 Et juris nodos & legum ænigmata solvant.  
 Injusti verò facti TU criminis ultor  
 Fibras fulmineum tutandis legibus ensem,  
 Quam tamen & niveis ambit clementia pennis:  
 Perge ita Prælustris Princeps, Virtutèqve Splendens,  
 Cui gravis exactam format Prudentia mentem.  
 Disjice, sterne, feri, preme, contere, perde scelestos,  
 Protege, sume, fove, conserva, respice, justos!

Esse



Esse Pater, Reſtorque tuis ne deſine nobis!  
 Sic vigeat totum Illuſtriſſima fama per orbem.  
 Sic TE gaudebit Tellus, telluſq; triumphet.  
 Sic Tua poſt cineres, & longi ſecula traditū  
 Gloria perſtabit; quid? vaſtum lambet Olympum.  
 Utq; Tuo viridi viridantēque tegmine tuta  
 Floruit innumeros Urbs hæc ſat proſpera ſoles;  
 Sic quoque florebit poſthac, felicibus auſis;  
 Prodigia materies hic longi carminis eſſet  
 Nomina nuda Ducum ſi commemorare laborem;  
 Per laudes ac ire velim, ſeu dicere facta;  
 Laudes deſtituent vires, calamūſque fatiſcet.  
 Creſcat honos, Veſtrum & Nomen laudēſque manebunt!  
 Quando ſitum tacitā mecum circumroto mente. Situs.  
 Hei mihi, quā ridet nunc laudibus inclyta Tellus!  
 Nam tibi fœcundis uteris memoranda Cybelle  
 Seu cœli ingenio, ſeu fertilis indole terræ;  
 Tethyos oceanus tibi non admurmurat undis,  
 Ut Nereus vaſtis cum fluctibus Amphitriten  
 Funditus everſam clamorosa ad littora pellat;  
 (Littora quæ nuper fuerant Hamburgica pulſa.)  
 Flamina, quæ vertunt ipſa oppida, regnaque tota  
 Longius hic abſunt, imis incluſa cavernis.  
 Adde quod æreus liquor, eſt vix morbidus ær.  
 Sæpius incolumis, raro mala tempora ſentit  
 Corpora tabe ſua graſſantis in omnia peſtis.

B Fri-

Anno  
 1697. die  
 23. Sept.

*Frigida nec tetras exhalant rura Mephites.*  
*Quod natura favens tibi frigore temperet aestum;*  
*In causâ: posuit quod temet Conditor ille*  
*Non inter Scythicas glacies, septemque Triones,*  
*Arvaque Rypheis nunquam viduata pruinis,*  
*Quae duro durum circumdant frigore Moschum.*  
*Aut illic potius, quò flumina Pregela ducit.*  
*Sive per exustas damnato sidere terras,*  
*Aut ubi torrenti tellus vicina Canopo;*  
*Sed posuit Solem Te conditor inter & Arctum.*  
*Non imis imi stas abdita vallibus antri,*  
*Nec celso, nec montoso fundamine gaudes;*  
*Franconiae cingant simul ac te jugiter Urbem*  
*Praelustres aliae fama super aethera notae,*  
*Quae non vile decus faciant laudemque minorem.*  
*Quo jubar expandit roseum flos orbis Eoi,*  
*Urbs Melocabus adest, seu noto nomine Coburg:*  
*Quae foecunda viris, quae dives, quae videt arcem,*  
*Arcem munimen firmum, quae robore tuta*  
*Prominet immanis medio velut aequore rupes,*  
*Viribus haut ullis, haut mobilis artibus ullis.*  
*Hildperhusa, agris, pratis, uberrima sylvis,*  
*Quaeque potens, opulenta ingens, pulcherrima splendens.*  
*Principis ERNESTI domus illic inclyta nostri;*  
*Aucta Ministrorum virtute fideque novorum;*  
*Bamberg ante alias est non ignobilis Urbes;*

Rite

Rite ubi Majugenum celebrata panegyris anno  
 Bis sua sacra facit, cultis fœcundâqve campis.  
 Swinfurthumqve vado Svevorum nomina servans,  
 Imperii fruitur quæ libertate potita.

Cui dat rura Ceres, cui cecuba Liber Jacchus.

Deniq; Mœnus adest, qui Hasfurthum lambit & ambit.

Annis qui Mœnus prolabitur, exsilit illic,

Mons ubi Francorum speculâ prospexit ab altâ

Pinifer, increpidans, plus, quam vicina fatigans;

Irrigat assiduo fluxu sua rura pererrans;

Multas pallidulas volvens effumat arenas,

Est & portanti vada merces inclyta navi.

Hæc natura loci, situs hic regionis & Urbis.

Magnæ sunt urbes: tamen haut est Nostra feraci

Inferior tractu; quanquam non alluit illam

Nec lambit fluviis Mœnus ceu naviger amnis:

Attamen est tantum nobis hic agmen aquarum;

Communis vitæ quantum vix postulat usus;

Communes mediâ multi spectantur in urbe

Perspicui fontes patuli puteiq; perennes;

Ad quosmet gelidas hausturæ Najades undas

Accedunt, & eis putealia munera poscunt,

Et præstant nobis uberrima commoda cunctis.

Unda foroqve scatet ternis canalibus æreis,

Ut quoq; Silano; sed quam de fonte sequaci

Terrestris longo deduxit fistula tractu.

Fœcun-  
 ditas &  
 Amœni-  
 tas.

*Nec desunt campis piscinae flumina nostris  
 In quibus his, gelidas ventis crispantibus undas,  
 Squamea lascivis complaudit turba choreis.  
 Blanda susurrantes per roscida gramina lymphæ  
 Guttis mobilibus rivo pomaria leto  
 Cum roraverunt, glauci sub fronde salicti;  
 Adproperat Cereri saxa opportuna terenda.  
 Aspice si libeat jucundos murmure rivos!  
 Si quoque tu portam fueris egressus apertam,  
 Quam dixere patres Lauer, (non provida mutat  
 Nomen potestertitas, rationem nec moror ipse)  
 Tu latices videas molles, quibus Vere puellæ  
 Velamenta suis insolant linea dextris,  
 Et multo madidis immisso sole colorant;  
 Donec in optatam certent nive versa nitorem.  
 Cum procul à Nymphis ad Faunos lumina tollo;  
 Hora monet presens solitas me dicere laudes  
 Montibus, Et nostris modulantia carmina sylvis.  
 Unde sit innumeris vis prodiga materiei  
 Usibus, Et cuius quæ commoda plurima prestant,  
 Plura brevi possit quam quis comprehendere versu.  
 Sylva capax ævi validâque incurva senectâ,  
 Materiâ quodcunque ad opus quocunque redundans,  
 Semper inexhausto frondescit germine; quamvis  
 Innumeras lassent tot secula cæsa secures.  
 Æsculus hac sylva curvatâq; glandibus Ilex:*

Gra-

Grataq; Chaonia texunt umbracula quercus:  
 Tu spes celsas expanso culmine fagos:  
 Quaeq; picem lacrymant hirsuto vertice pini:  
 Hanc alnus tremulis assurgit candida ramis:  
 Et tilia molles, & fraxinus utilis hastis:  
 Est major numerus ligni seu copia sylvis.  
 Haec (non exclusis saxis, quae pluribus antris  
 Effodiuntur) (eis olim quoque vena Alabastri!  
 Non modo materia civilia tecta benigna  
 Ubertim multos felix conservat in annos;  
 Non tantum fabri manibus, seu pabula flammis;  
 Sed quoque delitiis exoptatissima blandis  
 Nata: lupi desunt diri, nec sentit adunca  
 Spumea rostra suis, fodientis pabula rostris,  
 Cujus dira fames audet depascere frondes;  
 Sed timidos lepores, qui longis auribus hirti.  
 It sylvas igitur, cui jus est, ut petat illos  
 Per spatia ejecto longe distantia plumbo,  
 Ipseque non raro Princeps (adsurgite Musae)  
 Servorum strepitu comitantium nube clientum  
 Huc venit; ut sylvis his arma Dianea tractet,  
 Latrantesque canes adigat per inhospita rura;  
 Quam qui caeca notent vestigia nare sagaces,  
 Hos & eosque ferant nunc cursus atque recursus  
 Donec in his sylvis lepores captentur, & agris.  
 Pennipotensque pecus permulcet carmine sylvam:

Hoc grege pennigero mensis aptissima perdix;  
 Delitiæq; hominum turdus, merulaq; canora;  
 Cum sturno nigris velata monedula pennis:  
 Hic gemit amissâ viduataq; compare turtur:  
 Garrula quin etiam tribulos percurrit acanthis.  
 Hic volat eximis Superum qui laudat alauda;  
 Ut laudet medio pendens sublimis inani.  
 Gutturæ qui certant ferientes æthera cantu  
 Omnes sub ramis superat Philomela volucres;  
 Quando somniferâ suavissime meret in umbrâ,  
 Integrat atq; suum flens noctu flebile carmen,  
 Et fluvialis anas hic plaudit, & altilis anser;  
 Quam qui Tarpeje quondam custodia rupis.  
 Cumq; saginatâ gallinâ cristigerales.  
 Hic Cytheriadae volitant per tecta columbae.  
 Plura quidem subeunt; aures sed ferre recusent  
 Vestri, meq; piget brevibus numerare Camænis;  
 Ergo vos omnes salvete, valete, volueres!  
 Hæc est nunc nostræ multum pars inclyta sylvis, &  
 Regia quæ longo circumdat mœnia flexu  
 Claudendo plagam turritæ more coronæ.  
 De Fructûs facili Vestæ saturantis amidu  
 Musa quid enarret modulandi postulat ordo.  
 Hæc primum jussu naturæ rustica tellus  
 Urticas, tribulos, Lolii quoq; gramen alebat;  
 Sed rigidis armenta jugis, sed taurus aratro

Su-

*Sudans atq̄ve gemens, dens splendens vomeris unci  
 Incultæ spissis terræ defixus arenis,  
 Et cultura frequens duro magnoq̄ labore,  
 Jam dispersit eas ingratas graminis herbas:  
 Ac hinc omnigenos tellus feret ubere fructus,  
 Millecuplis decorata bonis, & in omnia dives.  
 Tellus farra feret nunquam mentita colono,  
 Triticeumq̄ solum nobis alimenta ministrat;  
 Hordea proveniunt humanis usibus apta,  
 Solatura sitim, coqvitur liquor inclutus illis,  
 Et gratus braxatus odore, sapore, colore.  
 Semper inumbrabit sulcos hic messis avenæ;  
 Jugera linigero non hic lassantur Osire.  
 Herba tribus foliis prato spectabilis almô;  
 Gramine vernanti nidido q̄voq̄ flore decoro,  
 Dat nobis tenui largissima pabula feni.  
 O felix tellus merito memorandaq̄ laude,  
 Quæ tales colles & cernit, & aspicit arva;  
 Quam quæ tota flagrant redolentis flore Lyæi,  
 Per quæ purpureis pulchrè circumdatus uvis  
 Curru pampineo vedat se melius Evan,  
 Et saturat madido Bacchæo nedare colles!  
 Sunt nobis tales colles, ac ardua terræ  
 Vallibus herbofis q̄vi dissociantur opacis;  
 Qualis ad Illustris latus Arcis adheret amœnus,  
 Tantum q̄vi reliquos inter supereminet omnes,*

Quar-

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.  
 Est tumulis acclive solum collesq; supini:  
 Ut saepe ingenti bello cum longa cohortes,  
 Explicuit legio campo stans agmen aperto,  
 Horrida nec dum acies directæ prælia miscent;  
 Sævus sed dubiis mediis Mars errat in armis;  
 Omnia sic paribus numeris dimensa viarum,  
 Oppugnent totam veluti sic viribus arcem,  
 Arcem ceu scandant, invadant robore firmo;  
 Et modo non animum pascit prospectus inanem.  
 Verum etiam spirant autumnus pinguis honorem:  
 Cum caput autumnus maturis extulit uvis.  
 Læto botrisero jam pubescente Lyæo:  
 Pubentem plenis carpit vindemia labris  
 Ebria congestis spumant tibi prela racemis,  
 Suavia sudant, dulcia fundunt, pinguis manant  
 Pocula Massica, musta Lyæia, vina Falerna.  
 Quid verbis opus est? partu fecunda benigno  
 Innumeras effundit opes, ut jure salutes  
 Sumen Franconia meritò memorabile terræ;  
 Detinet indigenas ubertas non modo nostras,  
 Verum etiam externos invitat & allicit hæcce.  
 Confluit haut raro siquidem sed saepe virorum,  
 Qui fruges facili prostantes ære, bonoq;  
 Mercatas pretio longinquas vedat in oras.  
 Et nunc ô rursus Liber, Lenæe, Lyæe!

Sub-



Subsiliant penitæ leto tibi pectore fibra,  
 Immeçat antiquusq; calor redivivus in artus,  
 Distendat vacuas & leto sanguine venas!  
 Latitiâ exsiliant agri, collesq; resultent;  
 Vincti pampineis sed ubiq; cacumine fertis.  
 Largo proventu frugum vos rura beate!  
 Jugaq; neçtareis vos ebria turgite succis!  
 Post vites dictas Bacchi & Lenæia dona,  
 Pascua leta canam pecori solatia grata:  
 Ergo cum patulis rorantia gramina campis  
 Ablueret primò soboles Hyperionis ortu,  
 Mane fit & pulsâ reserantur pascua nocte;  
 Evocat ecce! pecus pastoris buccina curva,  
 Quod tunc montivagus pastor virgâq;ve pedoq;  
 Per tractus rigui saltus vallisq; cavate,  
 Ac in frugiferos colles comitatur eundo.  
 Flexipedes per prata boves spatiosa vagantur:  
 Sed neglecta Jovi distentaq; cernitur jo,  
 Tardigradis pedibus quæ calcat pascua leta,  
 Et vituli, tenerâ quâs ludunt cornua fronte  
 Setigeriq; sues, palantes atq; bidentes:  
 Pendentes simæ pronâ de rupe capellæ  
 Florentem cythisum pascunt, virgultaq; tondent.  
 Barbiger haut procul est ipsis salientibus hircus.  
 Gramina non ullo carpunt serpente, nec ullas  
 Raptorum insidias unquam timuere luporum.

C

Quan-

Quando lactiferis benè pasta dulcibus herbis;  
 Sylvis & campis redeunt sub tempore noctis,  
 Et stabulum quærunt vacca, vitulisq; capellæ:  
 Thestylis ecce! vocat vaccas ad mulctra puella.  
 Ubra tunc niveo complent mulctralia lacte,  
 Quod post candidulum plenâ lac verberat urnâ;  
 Quò crescat butyrum perpingue, salubre, novumq;  
 Ast quia foetigeros mea rustica Pieris hortos  
 Nunc memorare cupit quodam modulamine laudis;  
 Desino Bucolicas porrò recitare camœnas  
 Hos agros, has delitias, hæc pascua linquens.  
 Non minor hortorum memorandam laudibus urbem  
 Gloria commendat, quorum tam copia dives  
 Quam fuit Alcinoi nemorum, quæ mala ferebant  
 Punica, & ingentes malos, uvasq; virentes.  
 In quibus æterno florebant omnia vere,  
 Et fructus fructu super ex oriente recenti  
 Consenuit, nullog; peribant tempora flores:  
 Et quæ Mæonides affinxit & addidit illis  
 Nos neq; fabellas nos nec mendacia picta  
 Fingentes, canimus quæ nos conspeximus ipsi,  
 Per cultos hortos, per florida prata vagati:  
 Turgida fœcundis ludens Pomona sub hortis  
 Implebit vacuum corylis nucibusq; canistrum:  
 Mollia sorba legit nobis, & mespila fusca,  
 Dat quoq; multigenis onerata cacumina prunis:

Stat

Stat cerasus nostros nunquam cessura per hortos.  
 Hic Thisbæa novis adolescens frondibus arbos,  
 Producit liquido sat mora rubentia succo,  
 (Serivomæ nostræ, nuper quæ commoda publi,  
 Quæ vomuit nitidi multum de pectore fili.)  
 Hic pyra volvuntur tremulis labentia ramis:  
 Advolvunt pedibus quæ se largissima nostris  
 Malaq; curvatos demittunt pondere ramos:  
 Quæ referunt cerasq; novas maturaq; fraga.  
 Vix habuit tales (credo) Cytheræa papillas,  
 Vix tales oculos, vix tam speciosa labella,  
 Et scio, si videat blandis alienus ocellis;  
 Imprimeret roseis mille ac mille oscula pomis.  
 O Decus hortorum, pulcherrima gloria ramis!  
 Tanto florescunt pomaria ditia cultu!  
 Num desunt herbæ, seu fulgida purpura florum?  
 Nequaquam! variis hæc floribus alma superbis  
 Ornavit gremium Chloris, redivivaq; Flora:  
 Sed quid ego mirer primum? quo fine quiescam!  
 Huc oculis, huc mente trahor; sunt millia multa  
 Isthic herbarum Zephyri quas parturit aura,  
 Spirantes dulcem foliis humentibus auram:  
 Cum verò nequeo fulgentia sidera florum  
 Digerere in numerum tenui vel tangere versu;  
 Dic mihi purpurei gratissima filia Veris,  
 Flora, quibus teneros nostros conseveris hortos:

Floribus; & quales pingant virgulta colores!  
 Dicam: sunt viola dulci ferrugine tincta,  
 Ceruleo rutilans amaranthus & hic hyacyntho,  
 Narcissiq; comae, spirantis copia nardi:  
 Lurida somniferum sua vestit & arva papaver,  
 Hic & odoratos libanotis texerat umbras,  
 Et, quae flammeolae connivent vertice calthae:  
 Assurgunt patulis argentea lilia labris,  
 Quae violent candore nivem vel odoribus Hyblam:  
 Haec inter croceo pubescunt altera vultu,  
 Nec non puniceis foliis caryophyllus albis:  
 Hic rosa puniceos inter celeberrima flores,  
 Quae rosa Veris honos sub odore, colore, vigore,  
 Reginaq; rosa florum, sed lilia reges:  
 Tulparum venerandus honos hic lumina pascit:  
 Si desiderio ruris torqueris amoeni,  
 Avia seu lento calcabis gramina passu;  
 Hinc atq; hinc suavi spirantes undiq; odore  
 Flores, dant tales ipsis per prata colores;  
 Adversi quales imitatur imagine solis  
 Cum picturato coelum distinxit amictu  
 Nubicolor liquidis effusis imbribus Iris.  
 Gramina nascuntur, vitae quibus indiget usus,  
 Praesidia & diris arma auxiliantia morbis;  
 Singula sed nequeo memorare, & singula quancquam  
 Possem; Dii nolunt memorari singula, namq;

Mille

*Mille tibi species istarum rura ministrant  
 Et qui scire velit, Libyci velit æquoris idem  
 Dicit, quam multa Zephyro turbentur arena.  
 Hos igitur flores pigra post tædia brumæ,  
 Carpunt mellilegæ volucres, gens ebria rore,  
 Et dant amplexus, & sævavia basia figunt  
 In violas, herbas, flores telluris alumnos;  
 Iphis conciliant quo dulcia Hymettia mella.  
 Tanta delitiæ sunt hortis! gaudia tanta!  
 Hæc est naturæ facies latissima nostræ;  
 Seu geniale tepet Ver dans primordia rebus,  
 Seu tenet æstatis flagrantis in omnia fervor,  
 Sive senescentem concludit fructifer annum  
 Autumnus; nam tristis hyems læta omnia turbat  
 Juppiter & dirimit vitam; dum conspuit illa;  
 Spargit in arva nives & Lanæ more volantes.  
 Ast ubi purpureo Conjux Tithonia curru  
 Surgens è thalamo picturatoq; cubili  
 Nocturnas abigit rubicundâ luce tenebras;  
 Passibus en! domina millenis distat ab urbe  
 Dulce suburbanis ruris decus atque voluptas:  
 Illic nam surgit non vilis villula fundi;  
 Sed vestita jacet spaciis campi undiq; largis  
 Tunc quoq; planities hæc multum præbet amœni  
 Agmine cum longo venit huc electa juventus  
 Armata incedens vexilla levata coruscans,*

Tympana terga boum rauco cum murmure tundit;  
 Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis  
 Agmina componit simulac properata, docetq;  
 Signa sequi, densat cuneos, & cornua ducit,  
 Extenditq; aciem, firmatq; seqvacibus alis  
 Effigiem belli simulataq; praelia ludit  
 Artibus armorum, savi ceu Martis alumni;  
 Hac, sed si qua tulit ratio, non semper aguntur.  
 Hanc quoq; lata Pales pratis viridantibus ambit,  
 Nec non sylvarum facies frondosa virentium:  
 Alma Ceres tumidis circum se tollit aristis,  
 Hic & Amalthææ fructu scatet ubere cornu:  
 Cum terræ attrito suspendunt vomere terga;  
 Mandantur Vestæ laceratis semina sulcis;  
 Cessati augentur largis proventibus agri,  
 Alter & alterius cumulabat acervus acervum,  
 (Accipit & decumas de quo sua munera Princeps)  
 Id Corydon, id Damœtas, id fessus Alexis,  
 Denso spiciferos sternentes ordine culmos,  
 (Instat cum messis sata lata, boumq; labores)  
 Et qui fasciculos densos adstringit Amyntas,  
 Testatur, vobis & vera insignia dicit.  
 Imo qui vedat plaustis ait ipse Menalcas:  
 Usq; adeo plenis hos messibus aggravat agros  
 Horrea sæpe mihi non sunt satis ampla colono,  
 Et scio mirantur Libyæ Cerealia rura!

Mul-

*Multas lanigeras pecudes hæc villula pandit  
 Quis tantæ crescunt perpingvia vellera lanæ;  
 Ut fere lanificæ lassent textrina Minervæ.  
 Lanigeri pecoris cum Tityrus ille magister  
 Pabula persultent, adigit, seu pabula tondent;  
 Tunc ejus dulces fundit modulamine cantus  
 Fistula stridula, gingrina tibia, rustica canna,  
 Lanigerisq; suis gregibus tunc area cundis  
 Tunditur ad numeros, nunc hæc, nunc illa caprizat,  
 Et faciunt nimio gliscentia gaudia motu,  
 Serratisq; tenens pedibus suprema comarum  
 Et strepitat, crepitat, saltat per prata cicada;  
 Cum Procyon sævis candens fervoribus urit.  
 Tunc & Pantimidâ saltat cum Phillide fessus.  
 Floribus ornatae crines per prata Napææ  
 Indulgent choreis, Dryades, Satyriq; petulci,  
 Mutua Saltantes spatia in sua certa, meantes,  
 Carmina muscosis iterant lasciva subantris,  
 Et celebrant laudis saltando carmine villam;  
 Dum vero pastor modulatur arundine carmen;  
 Non Procul umbrosis habitans sub vallibus illis  
 Narcissi istius sinuosa resultat imago,  
 Responsura sonans, & proles aëris, Echo  
 Decipit & stolidas iteratis vocibus aures,  
 Et reboat; fiant variæ vocesq; soniq;  
 Dixi & ego num finis ametur? dixit: ametur:*

Fri-

Frivola nam sunt hæc, rugoso & digna cachinno,  
 Postquam laudatis scribendo excessimus agris,  
 Et libassemus culti cum gaudia ruris,  
 Admonet & pietas, ne nos fugiamus & urbi,  
 Ædibus ipsius, quosdam nunc dicere versus  
 Et non per dubias errantes carmina laudes  
 Nec vacuas aures nugis mulcere canoris.  
 Urbs mihi sollicitæ sic describenda camœnæ;  
 Quanta tuæ faveat cœli indulgentia laudi  
 Ingenioq; meo quantum brevitate licebit!  
 Ac ubi cœruleis oritur Sol aureus undis,  
 Lataq; terrigenis infundit lumina rebus;  
 (Ut sol ante alios astrorum prominet ignes)  
 Arx præcelsa micat sublimibus ardua tectis,  
 Et quæ graminei super alto vertice montis  
 Consita, compositæ jam desuper imminet urbi.  
 Quam matutinus sic lumine lustrat Eous,  
 Quam vespertinus radiis & roscidus Hesper.  
 Quâ pateatq; tibi latè prospectus in agros,  
 Qui circa, juxtaq; patent, sylvasq; potentes.  
 Imò datur longos prospectus & in regiones!  
 Si per mille gradus, digestas ordine sedes  
 Ex urbe egressus portas intraveris; ecce!  
 Spectes prostratæ jam diruta rudera turris,  
 Æquatæq; solo; (quo diruta nescio fato)  
 Dicunt quodq; vetus gens Ethnica struxerit illam

(Si



( Si quæ fidem tanto est operi latura vetustas, )  
 Inscius ast ego sum, num totam struxerit arcem?  
 Sicut & hæc turris, muro vastoq; tenaci  
 Æthera penè tulit, seu culmine nubila lambit:  
 Sic animâq; suâ puteus ferè tartara lambit  
 Adstans, magnifico fuerit qui condita sumptu;  
 Ne modo deficient, omnis quibus indiget, undæ.  
 Pulchraq; contiguâs hærent conclavia tignis;  
 Quis noster Celsus Princeps sæpe Ipse moratur,  
 Quamquam marmoreis non sint suffulta columnis,  
 Adjacet ac ipsis templum venerabile sacrum;  
 Annua quo sunt solennia sacra Wilhelmi  
 Hostibus & vinculis capti, tandemq; soluti;  
 Nostra suo reditu cum primùm tecta videret:  
 Ut sibi porrigerent sacra sacra pignora Cœnæ.  
 Verum capturam, vel si res cardine pandam,  
 Desinet ante dies & in alto Phœbus anhelò  
 Æquore tinget equos; quam consequar omnia dictis:  
 Hinc ejus memores reditus, tantiq; triumphi,  
 Mentibus ex gratis, longam nec non ad honorem,  
 Solenni pompâ celebrant pia festa quotannis:  
 Sic facite, & posthac servate in secula morem,  
 Processuq; piam largò celebrabite pompam!  
 Ac hac acropoli vasto de rudere structo,  
 Præfecti multi multos sedere per annos,  
 Qui rexere piis populosam legibus urbem.

Præfecti.

D

Lich-

Lichtenstein primus Praefectus in ordine venit.  
 Post animus sequitur defuncti limine Schencki.  
 Tertius hic locus est Selbizo scepra regenti.  
 Ast etiam vidit Schamburgum, Nobilis ille.  
 Tu, Gözmanne, venis quintus nunc ordine nostro.  
 A Thanensi Eberharth fuit Urbs hæc rectaq; nostra.  
 Post Gvilielmus adest arcemq; urbemq; capessens.  
 Adfuit & porrò dictus Selbizius alter.  
 Excepit dictum Theobaldus Julius olim.  
 Hic studium Volci Praefecti munera gessit.  
 Wolfrumi virtus hic multos praefuit annos  
 Auxilium Pieris solvens anigmata legum,  
 Utiliter nostram sese perfudit in urbem.  
 Ast, Heuro postquam sua subdita colla resolvit  
 Debuit & voluit Volco parere secundo,  
 Arbiter, Antistes fuit & civilis honesti.  
 Postea Schrickelio sese commisit, & inde,  
 Qui bene cognovit sinuosa volumina Juris,  
 Schröderum audivit, post fata & funera Schrickli,  
 Solventem juris nodos Psephismate legum.  
 Miltizum coluit quem Gutmanshusa ferebat  
 Assessor solio Salicæ fueratq; Themista;  
 Accepit Volcum, qui nomine tertius, illum.  
 Clavum nonne tenens es tu moderatus, Hebrere?  
 Nonne tibi cives fuerant sub legibus Hehre?  
 Cui fueratq; simul præclara peritia Juris?

Non

Non Durfelde sies exclusus in ordine nostro.  
 A Seckendorfo tres est regnata per annos,  
 Induit ille Deos animo Phœbumq; Themimq;.  
 Heinrico steteras etiam, qui dictus ab Erfa,  
 Urbi qui nostræ Custos præfederat æqui.  
 Sub quoq; Geismaro fuerant nostræ urbis habenæ:  
 Sed nunc noster adest Hehrus, nunc arce sedetq;,  
 Admisso nondum Geismaro, munere fundus  
 Admisso vero Geismaro, (Principe sponso,)   
 Officii saturum Pausus requiescere jussit;  
 Sed post Esse suum Geismari munere fundi;  
 Te revocaverunt patres blandiq; penates  
 Vel Themis ipsa quidem sanctarum Antistita legum  
 Hinc Hehrus, cujus nunc inclyta cernimus ora  
 Pallade Consiliis doctus, Legumq; Sacerdos,  
 Et veluti Juris fax condida, nobile sidus,  
 Tractat & auspiciis sua munera credita felix,  
 Nunquam Grandævæ Themidos consulta moratur,  
 Virtutis radios per terras undiq; spargens.  
 Tu porro præsis cives sat ritè gubernans!  
 Tu porro præsis virtute, favore, fideq;!  
 Per passus quosdam si tu discedis ab arce,  
 Ecce! tibi veniet domus ingens amplaq; Cella,  
 Qua cellâ variô stipantur dolia succô:  
 Musta bibas, cellis veluti deprompta Falernis:  
 Intranses latices sugas rorantis Jacchi:

† Colore, Bacchi & sanguis adest COSTA † gratissima Vina.  
 Odore, Triptolemo Cereriq; patent granaria supra,  
 Sapore, In quibus aggesti frumenti magnus acervus.  
 Tactu, Auditu. Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.  
 Curia. Incluta nunc offert nostris se Curia Musis  
 Sed quo TE memorem, domus incluta, carmine laudis,  
 Non minima assumpti pars nec spernenda laboris  
 Curia, prae reliquis gravidis gravidissima curis,  
 Splendens, ut veluti lampas Phœbeia terras?  
 Nam Tu consilii lar, officinaq; justis,  
 Quâ chorus Ille patrum prudens venerandus & ordo  
 Confluit, & summis urbana negotia curis  
 Versat, & aequatâ metitur cuncta bilance.  
 Quâ varia ancipites dirimuntur iudice lites,  
 Quâ responsore & qua causa teste tuentur,  
 A qua nemo insons nunquam nisi victor abiit:  
 Nemo nocens unquam potuit nisi victus abire.  
 Clausa pavimento subter loca carceris umbræ  
 In quibus aut meritos poenam aut quos ultima fata  
 Supplicia exspectant custodia dura coercet.  
 Nunc est & multis ornatibus aucta superbis  
 Curia; nam curâ Franci, Elleriq; nitescit,  
 Quis fuerat nuper communis cura salutis.  
 Jamq; forum canerem (si prosequar omnia versu)  
 Quo populus noster diversa negotia tractat  
 (Libertas concessit enim sed tempore certo)

Omnia

Omnia quæ populo venduntur, emuntur, aguntur;  
 Magna quæ parva quæ facta infeda negotia rerum;  
 Hic turba coeuntis & inter sese agitantis;  
 Ut fermè vel apum libeat componere densis  
 Agminibus, cum tota suis examina lucis  
 Conglomerantur, & arboreis in frondibus hærent;  
 Vel formicarum, verno sub sole ferendâ  
 Mole laborantum turbis, quas cogit egestas;  
 Sed memorare volens nequeo, timeo quæ simul quæ  
 Offendam placidas nihilis sermonibus aures.  
 Nos ergo ad reliquum nunc incundanter eamus  
 Cœnobii, (Pape quod Religionis ad usum.  
 Haut procul à muris fundarat prisca vetustas)  
 Disjecti moles, saxa avulsa quæ saxa,  
 Apta novo templo fuerant. Hinc tempore nostrò  
 Robore consistunt valido sacrata Sionis,  
 Et surgunt pulchrâ sursum vastissima mole.  
 Sedibus his sacris; templi penetralibus ædis;  
 Religio penitis ac insidet alma medullis,  
 Religio CHRISTUM sancte quæ professa Magistrum;  
 Religio sine labe nitens, nîl illita fucis;  
 Hæresseos omnis rudis & vel prorsus inanis.  
 Quicquid oliviferis Sion sacer educat umbris  
 (Sion enim locus est ex quo Deus ora resolvit)  
 His colit, & summi sincerus cultus Jovæ;  
 Sancta quies intus Palmi quæ Hymni quæ resultant,

Templa.



*Clangor, & innocuo fremit Alleluja tumultu.*  
 Pastores *Ætas perfundi stridenti cardine secli*  
 Superin- *Prodiga magnorum viridavit messe virorum:*  
 tend. *Templaq; Doctores & vita & voce probatos*  
*Spargere divini viderunt semina verbi.*  
*Dicere fert animus Superintendentis honores,*  
*Dogmata Cœlicolũm divinaq; jura docentes:*  
 Post Re- *Astubi Relligio mersum caput extulit umbris,*  
 forma- *Errorumq; fuit spissis erepta tenebris.*  
 tionem. *Primitus arbitrio sancti confisa Lutheri*  
*Quem pia sollicitis Sion optabat alumnis;*  
*Primus erat Wolfgang: Schema induit ille Magistri,*  
*Antea Swinfurthi regeret cum templa colendi.*  
*Post Johann Wolfrum, bene qui probus arte Magister.*  
*Matthæus subiit Superintendentis honores,*  
*Cumq; DEI verbum, quod janua prima salutis,*  
*Sincerus fidei sectator tramite recto*  
*Spargeret incedens, sine fuco, fraude doloq;ve;*  
*Clam Calvinistis ipsius vita perempta.*  
*Excipit hunc Grafer, laudabilis arte Magister,*  
*Pascens ac saturans cœlesti gramine verbi.*  
*Jam Bernhardus adest Dontorffius ordine quintus,*  
*Qui sparsit teneras cœlesti rore medullas.*  
*Præco cœlestis pandens oracula Patris.*  
*Wolffius accessit post hunc & munus obivit,*  
*Qui post Eislebia pastor factusq; minister.*

Thon-

*Thannensis sequitur dictus Gregorius Ewald,  
 Læta salutigeri docuit præconia Christi.  
 Intrat præcellens Christoph Laurentius arte,  
 Arte canens Cygnus non ultimus inter Olores;  
 Lauriger hinc ipsi laurum decrevit Apollo  
 Et dedit, ut Clariâ rorarent tempora lauru,  
 Sceptra regenda Scholæ cui tradidit ante Mamillum.  
 Sigismundus erat præcoq; triumphiger ore  
 Totum spirando Christum, Christumq; sonando,  
 Usa ministerio cuius Cellensia Templâ.  
 Müllerus post hunc, factusq; minister ad aram,  
 Cum multum sacri Permessidos amne bibisset  
 Sat docuit cupidâ sacra flumina fauce bibentes.  
 Digressos terris Cœli aurea templa petentes  
 In Paradisiacos Christus deduxerat hortos,  
 Ac ubi divini nemoris panduntur honores;  
 Vera ubi pax, ubi vera salus, ubi vera voluptas;  
 Hic ubi mel, non fel, sine tristi gaudia nube;  
 Hunc cum cœlicolis Superiorum in sede triumphent.  
 Hic Sternbeccus erat sacri decus ordinis ingens,  
 Qui fuit ante Swinæ pastor Themariq; Decanus,  
 Et cum pastor oves, teneros duxisset & agnos  
 Commisos dextrè, cum laude, minore nec usu,  
 Et saturasset eos divi sed nectare verbi,  
 Annos post quinos rapuit Salsfeldia nobis.  
 Nunc ut ad optatum venit sua Cymbula portum*

Sic

Sic sua salva premet saluum precor anchora portum  
 Et pia Cui Lachesis prosperrima stamina ducet.  
 Horum fama Virum virtus ac gloria vivet;  
 Donec in his terris Ecclesia sancta vigebit.  
 Nunc fundamentum templi, templiq; columna  
 Qui curatq; Scholas, & dogmata vera tuetur,  
 Hartmannus noster plenis se gressibus infert  
 Dexteritate gravi dextrâ gravitate potitus;  
 Vir pietate nitens, zeliq; refertus amore;  
 Mellea doctisonis manat facundia labris;  
 Non secus ac torrens vernis humoribus auctus  
 Spumeus excelsi decurrens vertice montis  
 Volvitur, & fracto sylvosa fragore lacescit,  
 Quo quoq; corda rigat facundi rore liquoris,  
 Ditat egena bonis sat nostraq; pectora divis,  
 Nocturnâ tractatq; manu tractatq; ve diurnâ  
 Ætherios libros, divina volumina legis.  
 Crusius atq; ve rigat cœlesti nectare corda  
 Sacrarum Interpres rerum, verbiq; ve minister.  
 Magnus doctrina, Major pietate fideq; ve,  
 Maximus ingenio Sophiâ scintillat & ille;  
 Pectora sidereæ spirant virtutis odores.  
 Jova det ut longos præsit prositq; ve per annos!  
 Jovæ quo cumulus nunquam non crescat honoris.  
 Nec tamen hi soli laudis meruere brabeon;  
 Sunt plures quos ferre mihi brevis abnuit hora,

Theio.



*Theiologia imprimis rata q̄vi mysteria docti  
 Enthea felici jactu sparsere per orbem  
 Semina, Christiadium multum edificantia cultum.  
 Nunc divina domus nostrae fax unica Musae  
 Urbis suave decus superest Schola scilicet isthæc.  
 Ornat quam, veluti pretiosas purpura vestes,  
 Pulchra corolla manus, digitos velutiq; Beryllus.  
 Prima Schola inculti depurat pectoris agrum.  
 Et nocuas herbas marrâ mordace revellit,  
 Sordida demundat, mala rejicit, horrida runcat,  
 Et facit ut pulchræ virtutis semina possit  
 Ex culto suscepta solo recteq; fovère,  
 Largumq; immenso dependere fœnore fructum,  
 Et dare discipulis præclara viatica vitæ.  
 Plurima prætereà Schola stat, ceu prima palæstra,  
 Quæ fingat generosum animum, quæ fruge salubri  
 Impleat, & magno disponat pectus honesto.  
 Illa igitur benè q̄vi juvenes exercuit annos,  
 Ac ibi fundamen dederit dextrô ordine primum;  
 Præclarum dabit ille virum, vitæq; colori  
 Cuilibet aptus erit, sive illum castra vocabunt,  
 Curia seu poscet sapiens, seu nobilis aula.  
 Imò felices habituraq; cætera gressus.  
 Ex illâ nunquam morituro gloria plausu  
 Surgit, sed serò semper mansura nepoti.  
 Quis, quæso, negitet, q̄vin hæc Schola talia præstet?*

E

O Tu

Schola

O Tu praesidium, solamen, regula vitae!  
 O pax, & medicina animi, venerabile asylon!  
 O Decus, ac urbis pulcherrima gloria nostra!  
 Gloria perpetuis non interitura diebus.

Præcep-  
 tores

Nunc ad Vos venio fulgentia sidera Ludi,  
 O Præceptores jugi pietate colendi,  
 Qui quondam docuistis ibi cum laude juventam!  
 Hoc docuit quondam fidâ sic W olffus opellâ.  
 Postea Geilingus sibi vendicat ille secundas.  
 Qui post hunc scholico s subiit de more labores,  
 Popp erat à Mürstadt, vatum spectabilis arte;  
 Hinc fuit ac ipsi, Phæbeia gloria, laurus.  
 Hünnefeldus adest post hunc, ac ille Magister.  
 Excipis hunc, Hübner, ô tu vir culte per artes!  
 Post Gölnerus adit nostri moderamina ludi.  
 Post hunc Schimmelius fasces tentare Scholarum  
 Ausus, sed fasces tantis conatibus impar,  
 (Non est cujusvis tantos perferre labores;  
 Dulcis inexpertis crudæ cultura juvenæ,  
 Nec parvæ molis juvenum turgentia corda,  
 Et rigidos animos dextrâ formare severâ.)  
 Palladis ad postem, ferulas, suspendit & iras,  
 Ac post salvifici docuit mysteria verbi.  
 Herdaqve nostrarum tradavit fræna scholarum;  
 Cui fuit eloqvium felix, & vena Maronis,  
 Diffluit ac ipsi vel dignum carmen Homero,

Huic

Huic quoque Daphneas licuit decerpere frondes:  
 Candidus impositas rector suscepit habenas  
 Schneiderus, certam qui poscit in ordine sedem.  
 Schulzius in vacuum veniens hoc munus obibat.  
 Brustius in serie monstratur & ordine Rector.  
 Horum Collegas paucis nunc dicere, tempus:  
 Quos inter claret nobis decus ille Melissus  
 Pindaricos audax numeros Latio ore retexens,  
 Et cui mellifluo dederat resonantia pletho  
 Calliope sua fila lyrae, vocemq; sonoram  
 Mellea mellitâ cingendo tempora lauru,  
 Ac auratus eques, civis Romanus & inde,  
 Postea Myrtilleos docuitq; Professor ad ocre;  
 Et quamvis placidâ compostus morte quiescit  
 Non tamen ingrato perfundet flumine Lethe.  
 Aetas doctorum sua mellea carmina promet;  
 Donec Cœlivagis plaudentia carmina promet.  
 Inter Cantores Falwich; qui pingere nôrat,  
 Fermè ut Apellæis posset certare figuris.  
 Subsequitur Wûthwein, & Damphingerus amatus,  
 Adproperat nostris & versibus Heigia virtus.  
 His felix requies cœlum, quo pace fruuntur  
 Ætheris aligeris geniis radiantis ovatis.  
 Graff qui Schalcavis templis mutaverat olim  
 Hoc limen Ludi, saturataq; sceptrâ Scholarum;  
 Sero sit Uraniâ cœli regione locatus!

Jamq̄ tulit Schola nostra suos Tibi leta secures  
 Reinmano, solida qui Tu structura juventa,  
 Fidus & intrepidus ludi luctator arena.  
 Ingenium Sophia puerorum ducis in hortos,  
 Ac isto multis virtutum floribus ornas,  
 Pectus & Ausoniis tingis precordia lymphis,  
 Atq̄ve Thymo sapido depascis sedulus artis;  
 Tu juvenumq̄ potes turgentia frangere corda,  
 Ac solo, munus prestandum, impellere nutu,  
 Ac sua colla jugo ne subdere dura recusent;  
 Sed Præceptorum dictis parere laborent.  
 Sedulitas, studiumq̄ve tuum, sudore, labore,  
 Non paucos celsi deduxit in ardua Pindi.  
 Tu non exclusus Cantoris munere Krafft?  
 Quem Parnassiacis Pieris nutrit in umbris,  
 Et sacro à teneris aluerunt lacte Camœna,  
 Plura quidem loquerer; quia sed non Musa requirit,  
 Dicere sufficiat doctos fidosq̄ magistros;  
 Quapropter nunc musa tace, requiesce parumper.  
 Fas erit ardenti prece poscere Numen Olympi,  
 Largiri velit eximios proporrò magistros;  
 Qui studium moresq̄ regant, & facta priorum  
 Edoceant, quæ norma boni, quæ limes honesti  
 Monstrent, inq̄ patrum vestigia ducere perstent,  
 Eloquiisq̄ vias, Ciceroniaq̄ arma disertis  
 Vocibus expediant, & cultu divite linguas

For-

*Forment, ac doctis sermonibus ora figurent.*  
*Nunc ego privata pono sub sorte Penates:*  
*Ornat non nostras pictura insignior aedes;*  
*Nec turgent, redolent, spirant nec splendida fastu;*  
*Nec stant magnificis urbana palatia tectis;*  
*Et si pulchra domus, si splendida tecta: quid inde?*  
*Et pulchras habitare aedes, vacuas sed habere?*  
*Sint munita licet minus urbis moenia nostra,*  
*Brachia, nec spectant longi pomeria valli*  
*Æternâ scrobe nec pressas ad moenia fossas,*  
*Turres eductas, nec propugnacula centum.*  
*Est tamen ille DEUS nobis nostrisque saluti,*  
*Et spes, auxilium, virtus, fiducia, robur,*  
*Arx, rupes, clypeus, victoria, palma triumphus.*  
*Ni vigil ipse DEUS portas & moenia servans*  
*Auxiliator adest; frustra vigil urbis obibit,*  
*Moenia qui servet, qui portas objice claudat.*  
*Nil gladii, nil gesa juvant; nisi milite cœli*  
*Cingimur & superis miseri defendimur armis;*  
*Et sanè unanimi viventes fœdere cives*  
*Indigetumq; fides munimine fortior omni.*  
*Ni fortuna furens adversorumq; procellæ*  
*Atque furor belli, rabies insana nocendi,*  
*Rupisset nostras numeroso milite terras;*  
*Vesta nec in nostros fuerit grassata Penates;*  
*Crebra nec infestis toties incendia flammis*

Ædes  
privatæ

A. C. (Illo praesertim grassantis tempore Tilli)  
 1632. d. Urbis nostratis lacerassent tecta, domosq;  
 6. Mar- Istis splendidior non appareret in oris.  
 tii. Cives non tumidi splendor titillat honoris,  
 Ambitio cives vexat non caeca protervos.  
 Non ipsis epulae diverso sole petitae:  
 Persarum luxus gratus, Sabaritica mensa,  
 Et male foecundas consumere molliter annos;  
 Attamen haut arctae praetexunt stamina vitae.  
 Non ibi delitiae segnes, non marcida cordi  
 Otia, felices vertentia funditus urbes.  
 Artibus invigilant, obeunt sua munera prompti.  
 Quisq; suo incumbens operi diversa laborat;  
 Corpora sunt etenim multo robusta labore.  
 Hinc male svada fames, non hic habitabit egestas  
 Iphis nec viduum fallax fortuna negabit;  
 Quamvis Paetoli non ipsis dives arena;  
 Sedulus ac prudens non multis rebus egebit.  
 Non hic audaci stolidi Ignorantia vultu.  
 Hic amor est in litterulas, spretasve Camoenas.  
 Eumenidum Soboles non hac grassatus in urbe  
 Impietas, (nunquam cui sunt caelestia cura.)  
 Hic probitas hic alma fides fert obvia gressus.  
 Tantus amor populo; tam cura est sedula pacis;  
 Tam fundata bonis concordia legibus haeret  
 Omnibus inconcussa; nec est qui solvere tendat;

Nam

*Nam scelus ausurum vetat ultrix pœna feroci  
 Addita præscripto; quoniam sunt multa malorum  
 Millia, nec tali in populo sine legibus unquam  
 Transierint sine cæde & sanguine turbæ,  
 Extra præcipuè cobibentia mœnia fontes.  
 Tu vero pietatis amans, ac pacis alumna  
 Königsberga, domus virtutum, juris asylum;  
 Salve Urbs inclyta, tu dulcissima patria salve  
 Æternumq; vale magni domus inclyta Christi!  
 Quasq; tibi cecini levidensi carmine laudes,  
 Accipe prona, Tuo seu miti respice vultu:  
 Accipe tu placidâ properatam fronte Thalam:  
 Accipe sic nostro veniet Tibi gloria versu.  
 Florebunt hilares inconcussiq; Penates!  
 Florebunt cives lætis ceu gramina pratis!  
 Arceat hostiles Superum Clementia dextras!  
 Mulciber hautq; voret sedes Junonia proles,  
 Ipsius nec flamma gula metuenda capaci!  
 Absit & hic pestis ritu furibunda voraci,  
 Qua fiunt vastæ viduatæ civibus urbes!  
 Stabis at incolumis dextrâ protecta Tonantis,  
 Recreet atq;ve tuas ædes spirabilis aura!  
 Nec te dira fames nec Te penuria vexet!  
 Da fruges, divina Ceres, da vina, Lyæ!  
 Pomifer Autumnus medios transmigret in hortos!  
 Quo Tu sic fulvis semper ditabere pomis;*

Conclu-  
sio

Et

Et Zephyrus levibus roris pater aureus alis  
 Luxuriabit humo per mollia sibila flando!  
 Cunctaq; mulcenti foecundat gramina flatu,  
 Increpet atq;ve pio flamen per prata susurro;  
 Ut radiant flores & prati viva voluptas.  
 Quae quatiunt totas urbes, hic longius absint  
 Jurgia, bella, minae, rixae, discordia, lites;  
 Sed jaetet gratos mitis concordia odores;  
 Utq; choro, utq; thoro, utq; foro concordia vivat.  
 Intret chara DEO niveoq; insignis amictu,  
 Virtutis Pietas caelo gratissima mater!  
 Divinis inclusa vige Respublica septis!  
 Respice quid leges, quid Jus, quid curia mandet!  
 Justitia tremulis nequaquam passibus erret;  
 Cresce diu tepidis Ecclesia sancta sub alis  
 Messiae, felix Ecclesia cresce vigesce!  
 Fixaq; Relligio non ullâ parte labascet,  
 Diffundatq; jubar liquidum, contraq; furentem  
 Perfidiâ in aeternos agat indevidta triumphos!  
 Tempia, domus, plateae, fora, moenia, denique cuncta;  
 Urbs, campi, colles, salvete, vigete, valete!  
 Haec mea vota, haec sunt tua vota, haec vota piorum;  
 Ut tollit vernis viridis se laurus in horis;  
 Sic ferat auratis Tua fulgens gloria pennis!  
 Crescat honos, nomenq; tuum, tua gloria crescat!  
 Imo non ullum capiet tua gloria

FINEM!

PARS



PARS POSTERIOR.

**M**usa redi, citharamq; refer nunc divite vena.  
 Extremum quod restat adhuc meditare laborem.  
 Ast DEUS ulterius coeptis ingentibus adsis!

Gratiarum a-  
 etio, di-  
 recta ad

Pergamnon longam conq;virens carmine pausam;  
 Isthinc nec tacitus discedam q;valis haberi  
 Ille potest, cui vel nihilum Charitéia Triga  
 Pectoris indulsit grati, vel Murcia deses.  
 Struxit in internis exosa habitacula fibris;  
 Adnitar patriis breviter valedicere Musis:  
 Carmina fingendo meliori digna cothurno:

Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto!  
 Omnia salva fient! Schola Tu mihi dicta valeto.

Ad Te convertor, Te nunc mea Musa precatur,  
 Magne DEUS, sine patre Pater sine fine perennis!  
 Summe DEUS triplici simplex in numine Numen!  
 Dirigis atq;ve regis cœlumq; salumq; solumq;ve;  
 Et Tu Nate, Tui veneranda Scientia Patris;  
 Christe homo matre, DEUS Patre, Fons & origo salutis!  
 Ortus q;vi stygii spoliis Acherontis onustus;  
 Et Tu q;vi mentes renovas ab utroq; profectas  
 Halitus omnipotens, Patri Natoq; coævus;  
 Spiritus alme DEI, nostra Cynosura salutis!  
 Quas Tibi promam, quas Tibi solvam, carmine laudes?  
 Quas, rogo, quas grates, quas præmia digna reponam?  
 Ut Tua vel paucis pateant depicta figuris  
 Munera prægrandi cumulo mihi præstita largè;

Deum T.  
 O. Max.

F

Non

Non me telluri ceu brutum ignobile pronum  
 Adfigis, recto sed sidera cernere vultu  
 Os sublime mihi tradis mundi que theatrum  
 Et convexa poli crystallina cernere possim;  
 Nec non immunes morbi mihi corporis artus  
 Providus indulges, animum mentemque tueris;  
 Tu memet Phæbo totum Musisq; sacrasti;  
 (Dic quis quæ potior, quæ major in orbe voluptas;  
 Quam Musas colere, & Musarum amplexibus uti;  
 Vivere apud Musas; doctis se tradere Musis;)

Tu mihi Fautores, Patronos usq; colendos  
 Concilias promptus, largiris satq; favoris,  
 Quotidieq; novo madas me muneris auditu;  
 Patria nunc tergo quod dulcia limina linquam,  
 Ac alio terram quæram sub sole calentem;  
 O DEUS! ô calidis DEUS exorande  $\pi\epsilon\theta\sigma\epsilon\upsilon\chi\alpha\iota\varsigma!$   
 Ad TE confugio supplex Tua Numina poscens:  
 Tu fac, ut studeam virtutibus omne per ævum!  
 Tu fac, ut studeam pietati ac impia vitem!  
 Imbue, flecte, move, rege, duc accende doceq;  
 Hanc animam, hos sensus, hujus penetraliacordis!  
 Sis mihi Tu Lumen, Tu lux, Tu prævius ignis!  
 Te sine nîl dubiis mihi mens confidere rebus!  
 Obtredatorum linguas, & falsa loquentes,  
 Atque Theonino me audent qui rodere dente,  
 Injedo cohibe freno, quæ maxima pestis  
 Tanquam mortifero metuenda novacula ferro!

Cor-

Corporibus nostris Tu justas suffice vires,  
 Et simul ingenii, quas munia nostra requirunt,  
 Et porrò nobis magnos largire Patronos,  
 Quorum sub blando placidam tutamine vitam  
 Degere, & impositas partes agitare queamus;  
 Ac tandem cunctos hujus post turbida vita,  
 Ducas ad rutili tranquilla palatia cœli!  
 Ne miseras contemne preces, ne sperne rogantem;  
 Sed castis nostris clemens allabere votis!  
 Clemens Jova juva; Te mens ardentem anhelat!  
 Ast quem pro tantis mens nostra imponat honorem?  
 Hei mihi pro tantis non ulla solutio restat!  
 Attamen, ut gratæ vel mica minutula mentis  
 Nobis conspicuas ponatur lucis in auras;  
 Ponantur laudes, quot mens, vitalis & haustus,  
 Et quales quantasq; potest vox sicca profari;  
 Et Te, seu Phaëton oritur; seu lassus ab æstu  
 Lora fatigatis solvit nodosa caballis;  
 Seu redeunte die redeat labor ætus in orbem;  
 Seu rutillet medio lampas Phœbéia centro;  
 Alto stelligero seu se nox humida cœlo  
 Precipitet dulci perfundens corpora somno;  
 Uranie Superum cantabit carmine Jovam.  
 Uranie Superum laudabit carmine Jovam.  
 Uranie Superum celebrabit carmine Jovam,  
 Imo nulla Tuis post laudibus hora vacabit!  
 Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto!  
 Omnia salva sient! Schola Tu mihi dicta valeto!

Dn. Lau-  
rentium  
Hart-  
mannum.  
Superin-  
tend.

Hartmannus nunc ore potens suggesta movere,  
Antistes canones Veri monstrare probatos,  
Et qui nostrarum celebris tutela scholarum.  
Quæ memoris monumenta animi suspendet honori  
Officiosa Charis Tibi, vel quo pondere grates?  
Pro Patrocinio tanto, tantoq; favore,  
Quicquid inest imis fibris, vigor, atq; potestas,  
Te celebrabit, erunt dum cœli lucida templa,  
Æra dum volucris pennis celeriq; volatu,  
Æqvora dum piscis pinnis celeriq; natatu  
Permeat, & jussis decurrent tempora metis  
Has cumulo grates hoc ipso simplice voto:  
Hartmannus vivat benè sanus ubiq; triumphans;  
Hartmanni vigeat nunquam non vivida svada:  
Hartmanno Dominus tribuat, precor, omne quod optat:  
Hartmannum salvum, rogo, sospitet usq; Polarcha;  
O Hartmanne diu floresce, nitesce, senesce;  
Abs Hartmanno sit procul ô procul omne quod obsit!  
Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto,  
Omnia salva sient! Schola Tu mihi dicta valeto!

Dn. Lau-  
rentium  
Hehrû,  
Præfe-  
ctum.

Num Te præteream tacitè per longa colende  
Hehre vicens, vigeat quo magna peritia Juris  
Juris tractando ψυφισματα nocte dièqve,  
Impiger invigilans justis, inimicus iniquis  
Astræ Tu magne decus, quem turba Dearum  
Æmula Pieridum cultu venerantur honoris?  
Ab minimè! quoniam Fautor, Promotor, Amator.  
Aura pro multis proni spirante favoris

No-

Nostras in gratâ Musas amplecteris umbrâ;  
 Spernere nec nostras tenues voluisse Camœnas.  
 Sol prius oppositas perfundet lumine terras,  
 Mortuus atque caput gelidâ prius efferet urnâ;  
 Quàm subeat nostram tantorum oblivio mentem,  
 Committam rapidis hæc quam benefacta procellis  
 Irrita ferre mari; teneant sed pectora; donec  
 Mars, Pan, Pluto, Ceres, Liber, Neptunus, Apollo,  
 Arma, nemus, barathrum, fruges, mera, flumina, chordas,  
 Captat, amat, donat, mittit, fundit, regit, aptat.  
 Insuper opto Tibi: O Urbisq; Scholæq; Patrone!  
 Toxicæ ne noceant Martis nec spicula Mortis!  
 Ut patriæ prosis multos feliciter annos,  
 Et possis studiis nostris Musisq; favere.  
 Vive diu felix fame memorandus honore!  
 Vive diu felix nostri memor omne per ævum;  
 Sive erimus nos, seu nos fata fuisse jubebunt.  
 Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto!  
 Omnia salva sient! Schola Tu mihi dicta valeto!  
 Nec Tu carminibus nostris indictus abibis  
 Jesu VVlneribus Christi Hærens Firmiter usque  
 Christi consilium Constanti corde capessens  
 Crusi, qui vivens mihi bibliotheca vocandus,  
 Auro quæ rare doctrinæ picta refulget;  
 Quâ sibi tuta larem sacrans innixa recumbit  
 Appellaverunt Σοφίαν quem nomine Graji;  
 Ac in qua latitat sacra pagina, dogmata diva;  
 In qua linguarum pomœria viva relucet.

Dn. M.  
 Johann.  
 Werne-  
 rum Cru-  
 sium, Di-  
 ac.

Commisso cœtu mellito rore cibato  
 Nostro; Tu monstras quæ semita ducat ad astra.  
 Laus Tibi debetur, grates, & gratia major!  
 Sed quæ voce feram grates? quo carmine fundam?  
 Exilem nostram quod mente favente Thalam,  
 Complexus, proni tot monstrans signa favoris?  
 Obstupeo toties, quoties benefacta recordor,  
 In me quæ Tua dextra favoris fudit abunde  
 Instillans animis blanda dulcedine nostris  
 Artes largistuas, stipantes pectora nostra!  
 Non hæc lethæas benefacta ferantur in undas;  
 Sed modo Mnemosynæ potius Tua cuncta dabuntur.  
 Et licet exactè tanti benefacta valoris  
 Pendere jam nequeo; gratè tamen ille futurus;  
 Intereà Superus persolvat digna labori  
 Præmia, quæ nullo possunt memorari ore!  
 Quot Sycion baccis, uvis quot Imolus abundat  
 Fertilis Hybla thymis, & fulvis Africa spicis;  
 Tot Tibi fausta precor, tot cuncta sed omnia salva.  
 Ut fugit agna lupum, vulpem cristata volucris;  
 Omne malum fugiat sic tecto Teq̄, Tuisq̄ve!  
 Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto,  
 Omnia salva fient! Schola Tu mihi dicta valeto!  
 Nec tibi postremas ago grates, ample Senatus,  
 Qui ratione regis populum venerande Senatus!  
 Tu Præceptores ne desint arte juventam,  
 Fontibus Aoniis, & sacris Phocidos undis,

UrbisSe-  
natum.

Mo-

*Moribus atque bonis formantes, eligis ipse  
 Difficilisq; Scholæ labor ut dulcescat iisdem!  
 Pro ratione loci stipendia digna ministras.  
 Salvete O Patres conscripti laude vehendi,  
 Et quos consiliis armat prudentia canis,  
 Qua sibi subjectos moderatur curia cives  
 Spargentes etiam largos in publica fructus,  
 Consilioq; bono Patriam civesq; juvantes!  
 Pro patrio Vobis quæ dona favore relinqvam?  
 Nulla quæo fateor: gratæ sed vilia mentis  
 Munia polliceor, dum Spiritus hos reget artus  
 Gloria, vester honor, nomen, laudesq; manebunt.  
 Porrò summe DEUS, Tu largitorq; bonorum,  
 Adde Senatores, sapientes adde regentes,  
 Consiliis habiles, rectum qui semper & æquum  
 Justitiæq; via nusquam deflectere quærant;  
 Nec sua privatim; sed publica commoda curent  
 Non animi in causâ meliore virilis egentes;  
 Non jus ad dantis doctos aptare palatum;  
 Non jus inducto malè gestas pingere fuco!  
 Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto!  
 Omnia salva fient! Schola Tu mihi dicta valeto.*

*Artis Apollineæ qui clarus Störus adstat,  
 Qui vitæq; faber, diæ cor amabile Hygeiæ,  
 Cujus sic radiat Virtus & Fama medendo;  
 Lilia cœu radiant immitibus obsita spinis.  
 Et densas inter Vepres, sentesq; minaces.*

Dn. D.  
 Johann.  
 Frideric.  
 Stör,  
 Naturæ  
 Consul-  
 tum.

Sac-

Dn. Cri-  
stian.  
Sack.  
Subpræ-  
fect.

Saccius, arguto tabulas qui pollice tradat  
Censum, & scribit opes in vasto codice magnas,  
Ac implet loculis araria PRINCIPIS urbis.  
En! vobis quos Phœbus amat doctæq; sorores,  
Persephone nigram sero denunciât horam!  
Omnipotens Ille astriferi faber Amphitheatri  
Cervici capitis liceat candescere canis,  
Qui memet placido vultu aspexistis alumnum.  
Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto!  
Omnia salva sient! Schola Tu mihi dicta valeto!

Dn. Joh.  
Erhard.  
Schwe-  
glerum,  
Past. Un-  
finden-  
sem.

Ordine felici sequitur nunc ille Magister  
Schweglerus, tradit cui nunc Unfindia sedem,  
Quæ modo mille gradus & passus distat ab urbe  
Pastor & indeses sua sacra negotia tradat  
Jejunas animas diâ se mente saginans;  
Cui quoq; doctis Præses Permesidos undæ  
Plena Maronæ propinat pocula lymphæ.  
Porrige & huic grates, mea Musula, porrige grates;  
Grates ergo feram, patiar nec ullius ævi  
Terminus ex animis nostris monimenta favoris  
Evellat, carpat, faciatve obliviam nobis:  
Is qui stelligeri tabulata micantia cœli  
Temperat, ac æquo regit & tegit omnia nutu;  
Det Pyllos æquare dies, det cuncta secunda!  
Quot Tibi Barlaus Tua gaudia carmina promet,  
Carmina quot voces, voces quot signa resignent;  
(Quæ propinasti nuper mihi sæpe legenda)

Tot



Tot tibi gaudia tot Tibi suavia pectora promant!  
 Et precor ulterius Tibi cuncta hæc omnia dentur:  
 Vita, quies, & amor, pax, sors, bona, gloria, proles!  
 Quid majus poteritve dari, poteritve rogari?

Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto!  
 Omnia salva fient! Schola Tu mihi dicta valet!

Et Damphingerus, liquefactâ neâre mente,  
 Totaque cui faciles porrexit Curia dextras.  
 Sit Tibi tranquillæ quies & gaudia mentis!  
 Quo Tua rugosâ pallescant ora senectâ;  
 Hinc Te contueor, Pater ô reverenter habende,  
 Temet enim indictum tacitumve relinquere turpe.  
 Tranquillus, clemens oculis, voce, ore serenus  
 Usq; mihi fueras; rerum tutela mearum;  
 De Te ne facerem jam pluria verba recusat  
 Ingenius pudor, & ne laudes pangere possim,  
 Ora verecundus color urget casta ruboris.  
 Ast quonam meritò tandem benefacta reponam?  
 Pro sumptu studiis impenso animoq; paterno,  
 Innumerisq; bonis concessis, victu & amictu:  
 O Pater ô variæ curæ casusq; levamen.  
 Si mihi si lingvæ centum, sint oraq; centum;  
 Si mihi grandisonans Smyrnæi vena Poëtæ;  
 Si mihi si tales potasse Aganippidos undas,  
 Bellerophontæi quas protulit ungula monstri;  
 Si mihi vel cunctos Helicon indulserit amnes  
 Ac ego vel totâ madeam Permesside lympa;

Dn. Joh.  
 Georg.  
 Dam-  
 phinge-  
 rum, Cu-  
 riæ Gra-  
 phiariū.  
 Paren-  
 tem Joh.  
 Chri-  
 stoph.  
 Bruk-  
 ner. Un-  
 findiæ  
 habitan-  
 tem.

G

Vix

*Vix tamen has dignas numeroſo carmine gratus,  
 Et benefactorum percurrere nomina poſſem.  
 Ergo quid faciam? taceam? jam nescio ſanè!  
 Ecce! manus extendo Tibi perſolvere grates,  
 Accipe ſiſ quas lingua cupit proponere grates;  
 Quin etiam quas lingua nequit proponere grates.  
 Numina, ſi qua pios reſpectant Numina, ſi quid  
 Unquam juſtitiae eſt, & mens ſibi conſcia recti,  
 Præmia digna ferant, & munera cœpta rependant!  
 Semper Te liquidus fortunæ rivus inauret!  
 Semina morborum humanum vexantia corpus,  
 Longius atq; procul ſint, ne Tua corpora vexent!  
 Vive diu quin tota domus ſtet læta vigenſq;!  
 Nec deſit quodcumq; petis quodcumq; cupiſcis!  
 Jamq; vale nati ſervans abeuntis amorem:  
 His ſubſcribe meis DEUS optime maxime votis!*

*Adproperat finis, mea Muſa Thalia taceto!  
 Omnia ſalva ſient! Schola Tu mihi dicta valet.*

**Præceptores:** *Nunc Præceptores: Ut quorum ſedula Muſa  
 Tantos in multos gravidos excreverat auſus,  
 Nos Altorſinas ut nunc tendamus Athenas;  
 Pallas ubi, & triplex doctarum Triga Sororum.  
 Nam mea cura Deæ, Muſæ mea ſola voluptas,  
 Muſæ ſemper amor, dulces & gaudia Muſæ,  
 Quo ſunt auricomæ ſacraria celfa Minervæ,  
 Quæ mittunt ſeclis Heliconia mella futuris,  
 Juraq; quæ noſtro gratiſſima pabula cordi.*

Te

Te, Reinmanne, loquor, Rector, cui sceptrum Scholarum  
 Sicelidumq; bibens latices, laticesq; Camenæ  
 Plena fauce bibis, vel plena fauce propinas!  
 Tu me Pegasidas duxisti primus ad undas:  
 Labra Medusæo mea sicca liquore lavabas:  
 Me cum truncus eram ficulnus, inutile lignum;  
 Artibus ingenuis formasti sedulus usque,  
 Et tenerum placida mollisti pectus in arte;  
 Sicut Mnemosyne geminâ sub rupe Thalam.  
 Tu me surgentem faciebas bacce cathedrâ,  
 Ac Anabathra Scholæ verbis animare canoris.  
 O Reinmanne, meæ formator prime juventa!  
 Qui Tuus, eternog; Tibi devinctus amore,  
 Quid dabo pro tantis tantillus, quidve reponam?  
 Hæc dabo pro tantis tantillus, & hæc reponam:  
 Salvus ova, Reinmane, diu letusq; per omnes  
 Seclî decursus flore, fausteq; perenna!  
 Salva sit innumeros castissima Costa per annos,  
 Salvum Filiolum cum Filiolâq; videbis!  
 Myrthus ut & crescit, vel laurus in æthera surgit;  
 Sic quoq; sic crescat sic surgat perpete flore  
 Filiolus, veluti quoq; perpete flore Celastrus.  
 Dum Musis constabit honor; dum secula current;  
 Et dum Castalii manabunt Hippocrene;  
 Florebit nostras Tua candida fama per oras;  
 Semper honos, nomenq; Tuum laudesq; manebunt!  
 Vive diu felix Spartam quam nactus es orna!

Dn. Mi-  
 chael.  
 Rein-  
 manum,  
 Recto-  
 rem.

Reinman vive DEO, studiosa vive juventa;  
 Donec lata sonet Tibi vox & buccina cœli,  
 Teque in cœlestem ceu plantam transferet hortum.  
 Quo sint doctores fulgentis lampadis instar!  
 Candide, Cantores inter memorande peritos,  
 Dn. Jo- Kraffte, prius superus Superi Te poscet Olympus  
 hañ. Nic. Lucida templa poli; Stellis florentia regna;  
 Krafft. Pax ubi securi, requies optata laboris,  
 Canto- Hymnos Angelicis cantatum crede catervis;  
 rem. Undiqve stes firmus fortis, validâqve salute,  
 Semper habe viresqve: ratum sit nominis omen!  
 Dn. An- Faustus item Krausiq, vige, sanusq, viresce!  
 dream Jupiter ille pluat Tibi dulcia mella, Tuisqve!  
 Matth. Longævum saturis Te Te simul expleat annis!  
 Krauf. Abnuet haut rutilo distendens fila metallo  
 Colle- Candida Clotho Tibi, Lachesis, durâq, sorores.  
 gam. Dn. Va- Gehäb doctæ fides numeris animare canoris,  
 lentin. Ac agili resonas percurrens pollice chordas,  
 Gehäb. Te semper Clemens salvâ tueatur Hygeia!  
 Colleg. Quo Tua Cygnéas imitentur tempora plumas,  
 Sic precor ex animi penetralibus atqve medullis.  
 Vos verò tenera qui cerea corda juventa  
 Artibus ingenuis, nec non virtute politis;  
 Pergite sic illam præcelsi in vertice Pindi  
 Sistere, & in Sophies prælustria ducere templa;  
 Quamvis Herculeos superet labor ille labores,  
 Ac istum merces & gratia parva sequatur;

Non

Non tamen in Domino vester labor ibit in auras.  
 Nec frustra Phœbus sedatur sedulus artes:  
 Non frustra Zeuxis fingit, pingitq; figuras:  
 Nec frustra sudat, nec frustra quisque laborat:  
 Accipiet tandem mercedem quisque suorum  
 Dignam, pro meritis & præmia digna laboris,  
 Et satis ampla manent illic vos præmia, summi  
 Qua pia gens Christi splendentia mœnia Cœli  
 Incolit, & lætâ nunquam non mente triumphat.  
 Vivite felices læti exercete juventam!

Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto!  
 Omnia salva fient! Schola Tu mihi dicta valeto!

Ad Te flecto meos oculos, & lumina verto  
 Doctrinæ nunc prima seges, Charitumq; juventa;  
 Ævi florentis quæ purpura primula dulcis,  
 Et viridi viridis succo cui pullulat ætas!  
 Ergone Te linquam nunc hinc discedere tendens?  
 Corpore Te linquam fido sed pectore servans.  
 Hauri si libeat, quæ rauca sed ora profantur:  
 Dum ver luxuriat vitæ, dum viva cerebri  
 Spirat adhuc florem vis nobiliore colore,  
 Extendas flores virtutis fortiter omnes;  
 Ne dulces annos, ne florida tempora perdas.  
 Imprimis castis sit invigilare Camœnis,  
 Quæ nulli faciunt fraudem, quæ pectora sanant,  
 Quæ vitiiis purgant animum, quæ pulchra ministrant  
 Consilia, & justo componunt pondere mores,

Commi-  
 litones.

*Assidue rerum comitesq̄, ducesq̄ laborum,  
 Ambrosiasq̄ Tuis instillant usq̄ labellis.  
 Sicut mellilegæ faciunt, quæ more parentum  
 Rura colunt, operiq̄ favent, in spemq̄ laborant,  
 Floribus aut herbis & mella linquentia sugunt,  
 Ac velut alveolis ea dulcia mella recondunt:  
 Sic ex doctorum scriptis Tu nectare plenis  
 Sugas Ambrosias Cirrhæo nectare succos.  
 Sit quoque doctrinæ tantas componere gazas  
 Quæ longè superant gemmas auriq̄ve superba  
 Fragmina, quæ fragili transmittens æquore ligno  
 Advehat fuscis audax Hispanus ab Indis,  
 Et Pætolini myrmecia fulva metalli  
 Et quæ longinquis fert accola Gangis ab oris  
 Ignoti per claustra freti, per naufraga saxa;  
 Quas nequit & latro dextra temerare rapaci  
 Quas nequit & prædo dextra violare sagaci.  
 Informant qui Te, Tibi sit perpendere gratè  
 Illis ac animo ac factis pensare studendo.  
 Sedulitate stude solide superare sodales:  
 Sic undent animi virtutum divite messe,  
 Sic humiliq̄ gradu volites virtutis in arcem.  
 Pauca hæc de cultura animi dicenda putavi,  
 Sufficientq̄ satis; potuissem hic addere plura;  
 Sed cui sunt hæc pauca, illi non cætera dêrunt.  
 Hæc sunt quæ nostrâ licuit Te voce moneri:  
 Ast modo non Temet; sed memet & ipse monebam.*

Te

Te, DEUS omnituens, bonitatis prosperet auctu  
 Ulterius sanam praestans cum corpore mentem;  
 Fautor erit votis semper DEUS aequus honestis  
 Si quid est à me ad Te culpa fortasse redundat,  
 Condonato mihi; Ast à Te si tale quid actum,  
 Condonabo tibi; sic sede morabimur una,  
 Sic est amicitiae Decus immortale manebit.  
 Ante feret Mœnus nullas ad littora fluctus,  
 Quam Tuus ex nostro labatur pectore vultus.  
 Sis nostris animis, sis mentibus usque dicatus.  
 Vivito, vade valens, virtute viriliter urge;  
 Virtutum verum, vivum, veneraberis usum;  
 Ut violèqve vige virtutibus usq; viritim;  
 Salvete aeternum socii aeternumq; valete!

Adproperat finis, mea Musa Thalia taceto,  
 Omnia salva fient! Schola Tu mihi dicta valeto!

Ad finem quoniam nunc nos properamus, est hora  
 Jam dudum monuit positos invadere fines;  
 Dicemus paucis contractius omnia verbis:  
 Summe DEUS, Vindex nec non aeterna Potestas!  
 Quod suspendisti clypeos, ac arma Gradivi,  
 Fregistiq; animos ex bellis bella serentes,  
 Et cessaverunt per Te taratantara Martis  
 Nec sua saeva quatit potius Bellona flagella;  
 Sed redit Irene, vultu redit aurea leto,  
 Candida pax nostras est tandem rursus in oras;  
 Sit Tibi Majestas in cunctis debita seclis

Conclu-  
 sio.

Sic

Dicite Io Pean; epinicia grata resultent;  
 Sic Te pacifici, sic lati pacis in arce  
 Psallemus: Supero sit Laus, sit gloria sola.  
 Nam Pax est hominum genitrix, custodia rerum.  
 Secula Pax renovat, Pax aurea tempora portat:  
 Omnia Pace vigent, & Pacis tempore florent,  
 Nulla quies homini, nulla est sine pace voluptas.  
 Sed quod jam res est claudat votiva coronis:  
 Vive Parens Patriae, Dux Illustrissime, vive!  
 Curia sit cura Domino, sit libera curis!  
 Sint Mæcenates quovis ex asse beati!  
 Et Promotores constantes atque Patronos  
 Servet Promotor Summus DEUS atque Patronus!  
 Vobis delitiis fuerit quod adire theatra  
 Isthaec Musarum, raucos nec spernere cantus;  
 Sit Vobis igitur pro tantis gratia factis,  
 Gratia quæ nullo prostet debilis ævo,  
 Gratia quæ nullis unquam delebitur ævis.  
 Quodq; Harpocratico digito pressisse labellum  
 Tædia, quam raucâ, præstat, movisse cicutâ;  
 Ergo raucidulus nunc factus sine quiescam.  
 Nil loquar ulterius, bene cuncti & cuncta Virete!  
 Nil loquar ulterius, bene cuncti & cuncta Favete!  
 Nil loquar ulterius, bene cuncti & cuncta Valete!



rou. dig.

1077

M. E.





h. 118,46.

YC  
2515

KOENIG

AGRI

GRANDIS  
PRÆCEPTIS

SUPER

PATRIBUS

Festô  
A Vto

EXCUDI

43)  
ERGA

ONICO

MPTA  
UTORIBUS

VALE

LÆQVE

IM,

LI  
reDibat;  
oMInat

1698-

TOPHORUS

